B Mariae in Salem

Incipit pars estivalis sermonum fratris iohannis
de gamundia dicta prima post penthecosten Intitulatio
thematis super evangelium secularium etc.

Factum est autem ut moreretur mendicus et porta=
retur ab angelis in sinum abrahe Luc 16 Sic
est in naturalibus sic suo modo est in spiritualibus Sicut
sic est in natura quod maior virtus vincit minorem
ut in stellis et planetis Videmus quod quantumcumque
luceat in nocte adveniente sole splendor earum
vincitur et obtenebratur Sic spiritualiter dico in homine
est duplex virtus scilicet spiritualis et corporalis Spiritualis
autem virtus fortior est et corporalis debilior Quando
ergo spiritus compunctus est talis autem in anima Unde sic anima
nichil potest in putredine spiritus sancti sic et corpus
nichil potest in virtute anime Sed is spiritus non debet
esse tante virtutis ut virtute minorem scilicet corporis
totaliter annichilet per disciplinam illam quod non con=
tentatur carnis actus suos aliales dimittat nec
contentatur in eo quod bona faciat sed vult quod homo totaliter
vivat ut irreprehensibilis coram deo consistat Sic
est hic pauper miser et mendicus scilicet lazarus
habuit in fervore corpus quod ulceribus fuit plenus
Sed fortem habuit spiritum quod nec miseritate nec confusione
vel siti pre etiam dolori corporis dimisit quin
deus in morte vincet ita quod virtus maior spiritus sui
vitiis virtute minorem corporis propter quod de ipso dicitur in
evangelio Factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII79/0011
gefördert durch
Baden-Württemberg